Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

super omnes qui in circuitu modo sunt. Magnus certe in vite excellentissime sanctitate Magnus in sapientie ineffabilis profunditate Magnus in maioris nunc glorie quantitate. Mirabilis in prodigiis insuetis Metuendus ob sibi a domino traditam potestatem. Quam igitur magnus sit ille gloriosissimus hyeronimus. In sue vite excellentissime sanctitate patefaceret mea lingua cum precipue amatorum non sufficerent mortalium lingue ut eius excellenciam explicarent Liceat ergo dici. alter hic helias Alter hic Samuel. Alter hic iohannes baptista vite excellentissime sanctitate. Helias et iohannes heremite magnis laborum et vestium asperitatibus carnem maceraverunt. Non minoris vite hyeronimus gloriosissimus heremita. Idem per quadriennium in heremo ferarum tantum socius permansit. Quinquaginta annis ut venerabilis Eusebius litteras quas per dies recepi plenus fatebantur Et ut ipse circa mortem (?) item nostri vinum et siceram non bibit aliqualiter non gustavit. Ab omni carnium et etiam piscium esu ita se abstinuit. ut vix ea nominare volebat. Coctum quid non nisi multa egritudine bis comedit. Cilicino sacco carnem velud et ylipis macerans desuper panno vilissimo se

60

f 7